

DOCUMENTS

RELATIFS A GUILLAUME ADAM

ARCHEVÊQUE DE SULTANIEH, PUIS D'ANTIVARI,

ET A SON ENTOURAGE

(1318-1346)

Le tome II des *Historiens arméniens des croisades*, qui paraîtra prochainement, contiendra, dans sa Préface, une étude sur Guillaume Adam, archevêque de Sultanieh (1322 à 1324) et d'Antivari (1324 à 1338 environ), et sur son *De modo Sarracenos extirpandi*, publié pour la première fois dans le susdit volume.

J'ai pu reconstituer assez complètement, à l'aide surtout de pièces inédites des Archives Vaticanes, la carrière ecclésiastique de ce personnage ¹, qui fut un des agents les plus actifs de la politique orientale de Jean XXII, et cette reconstitution m'a permis, entre autres choses, d'établir ceci : Guillaume Adam, en fait de traités sur la croisade, n'a pas écrit seulement le *De modo Sarracenos extirpandi*. On peut lui attribuer encore, avec une certitude presque entière, un autre ouvrage, bien connu celui-là, souvent cité, et sur l'attribution

1. J'ai trouvé, pour la recherche de ces pièces, un collaborateur aussi sagace qu'obligeant en M. l'abbé Stanislas Le Grelle, attaché à la bibliothèque du Vatican, qui, de plus, s'est chargé de m'en procurer des copies. Il me permettra de lui renouveler ici l'expression de ma très sincère reconnaissance.

duquel la critique s'était étrangement fourvoyée : je veux parler du *Directorium ad passagium faciendum*, que tout le monde aujourd'hui met sur le compte d'un frère Prêcheur nommé Brocard, identifié par quelques érudits avec le fameux Burchard du Mont-Sion. Je ne donnerai pas ici les arguments sur lesquels je m'appuie pour en restituer la paternité à Guillaume Adam : on les trouvera développés dans l'étude à laquelle il vient d'être fait allusion. Mais il m'a paru utile de publier intégralement un certain nombre des documents invoqués à cet effet et qui ne pouvaient trouver place dans la publication académique.

Je rappelle que la ville de Sultanieh, dans l'empire des Mongols de Perse, avait été érigée en cité métropolitaine par Jean XXII, le 1^{er} avril 1318, et qu'un frère Prêcheur, Franco de Pérouse, alors missionnaire dans ces régions, avait été désigné par le même pontife comme premier titulaire de ce nouveau siège. La bulle d'érection, qui est en même temps la bulle d'élection de Franco de Pérouse, a été publiée récemment, d'après le Registre du Vatican (Reg. LXVII, fol. 318-319, ep. 61), par le P. Conrad Eubel ¹.

Ch. K.

Avignon, 1^{er} mai 1318.

Jean XXII mande à Barthélemy Aballiati, Bernard Moret, Gérard Calvet, Bernardin de Plaisance, Barthélemy du Puy et Guillaume Adam, tous de l'ordre des frères Prêcheurs, qu'ayant érigé en cité métropolitaine la ville de Sultanieh et nommé à ce siège Franco de Pérouse, religieux du même ordre, il les a élus suffragants de ladite métropole, et il les invite à se

1. C. Eubel, *Die während des XIV Jahrhunderts im Missionsgebiet der Dominikaner und Franziskaner errichteten Bistümer* (dans le recueil intitulé : *Festschrift zum elfhundertjährigen Jubiläum des deutschen Campo Santo in Rom*..., herausg. von Dr. Stephan Ehses; Freiburg i. B., 1897, in-4^o, pp. 191-195). — Cf. Rinaldi, *Ann. eccles.*, an. 1318, § 4. — Une copie de cette lettre, exécutée au XVII^e siècle, figure dans le ms. Paris, *Biblioth. nat.*, lat. 8984 (*Oriens christianus* de Suarez), fol. 90^{ro}.

Revue de l'Orient latin, 70, 7903-4.

rendre dans leurs diocèses, afin d'y prendre la direction de leur troupeau.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. X (*olim* IX), Joan. XXII, an. II, parte III, ep. 64, fol. 449-449 v°; Reg. Vatic., t. LXVII (Joan. XXII, com., an. II, parte I), ep. 64, fol. 320 v°-321. — Cf. Paris, Biblioth. nat., ms. lat. 8984 (*Oriens christianus* de Suarez), fol. 91 v°; Brémond, *Bullar. ord. Praed.*, II, 208.]

De curia.

Dilecto filio fratri Bartholomeo Aballati¹, ordinis Predicatorum, in episcopum per nos nuper assumpto suffraganeo archiepiscopalis sedis Soltaniensis sub magni imperatoris Persidis imperio constitute, salutem, etc. Dudum gratis relatibus intellecto quod, in partibus Persidis et in terris aliis circumpositis sub magni imperatoris Tartarorum Persidis imperio constitutis, venusta fidelium et novella plantatio, quam inibi plantasse dinoscitur misericordia Conditoris, regenerata unda baptismatis, nomen veneratur Altissimi, et inspiciens lucem magnam extollit laudibus nostri preconia Redemptoris, ingentem suscepimus in corde leticiam, votis ferventibus affectantes ut viros virtutis, honoris et gratie titulo refulgentes ad cultum novelle vinee vere vitis tanquam cultores industrios et operarios oportunos, quorum curiosa cultura ejusdem vinee palmites in illarum partium latitudine² usque ad extremos orbis terminos Deo auxiliante succrescant, per oportune sollicitudinis et diligentie studium poneremus. Propter quod villam Soltaniensem in eisdem partibus et dominio constitutam, inter alias villas dictarum partium, prout fidedignorum habet assertio, insignem, nobilem et famosam, ac habentem populum copiosum, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis in civitatem Metropolitanam duximus erigendam ac ad personam dilecti filii fratris Franci³ Perusini, ordinis fratrum Predicatorum, electi Soltaniensis, evangenizantis in illis partibus verbum Dei, de cujus sanctitate vite, litterarum scientia et aliis copiosis virtutum meritis magna nobis et eisdem fratribus fidedigna testimonia sunt relata, oculos dirigentes, dictum fratrem Francum⁴, ordinis Predicatorum professorem, de ipsorum fratrum consilio et dicte potestatis plenitudine, ecclesie dicte civitatis in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem et sollicitudi-

1. Un dominicain nommé Barthélemy était évêque de Tauris avant 1329. On suppose qu'il doit être identifié ou bien avec Barthélemy Aballati, ou bien avec Barthélemy du Puy (Eubel, art. cité, pp. 184-185; Id., *Hierarchia catholica*, p. 501; Gams, *Series episcoporum*, p. 451).

2. *Reg. Vat.* : « latitudinem ».

3. *Reg. Vat.* : « Franchi ».

4. *Reg. Vat.* : « te ».

nem animarum omnium existentium in eisdem partibus, que subduntur prefati imperatoris, necnon Chaydo¹, et Ethiopie ac Indie regum seu principum dominiis eidem, fratri Franco committentes, sibique² exercendi omnia que ad jura archiepiscopalia spectare noscuntur, secundum quod est sacris canonibus diffinitum, concedentes plenam et liberam potestatem, prout hec et alia in nostris super hoc confectis litteris plenius continentur³. Volentes igitur ut catholice fidei veritas semper de bono in melius, auctore Domino, in illarum partium latitudine, expulsis tenebris, elucescat, sex de fratribus dicti ordinis, te videlicet, fili Bartholomee, et quinque alios ejusdem ordinis professores, in aliis nostris litteris specialiter nominatos, in lege Domini eruditos, vita et religione preclaros, multarum quoque virtutum titulis insignitos, de dictorum fratrum consilio et ejusdem plenitudine potestatis assumpsimus et prefecimus in episcopos et pastores, vosque in adjutorium commisse eidem electo Soltaniensi sollicitudinis pro majori animarum salute in prefatis partibus duximus deputandos, dantes eidem electo Soltaniensi per dictas nostras litteras in mandatis, ut vestrum singulos in singulis terris seu locis magis insignibus sue provincie, que auctoritate apostolica in civitates ac dictorum locorum ecclesias in cathedrales erigendi per easdem litteras concessimus potestatem, pro salute conversorum ad fidem ac pro conversione non credencium auctoritate predicta in episcopos et pastores collocare procuraret, vestrum singulis curam et administrationem commissi sibi populi plenarie committendo. Quocirca discretionem tuam rogandam attente duximus et hortandam, quatinus humiliter suscipiens a Domino impositum tibi onus⁴, ac ad partes illas cum gratia nostre benedictionis accedens, propositioni salutiferi verbi Dei et exercicio lucrificandarum Domino animarum tanto fortius et vigilantius studeas impendere partes tuas, quanto deinceps episcopalis honoris et oneris titulo insignitus erga committendi tibi gregis custodiam quod geris nomine habes virtuose operationis ministerio efficacius exercere. Commissas ergo tibi oves verbo dirigens pariter et exemplo, errantes et invias ad ovile dominicum studeas revocare, ut commissa tibi talenta tanquam servus fidelis et pru-

1. Sur le royaume ou principauté de Chaydo, voy. Guillaume Adam, *De modo Sarracenos extirpandi* (*Rec. des hist. d. crois. Doc. arméniens*, t. II, p. 530); Eubel, art. cité, p. 183, n. 3, et p. 172, ligne 2. — Chaydo était un neveu de Kubilai Khan.

2. *Reg. Vat.* : « dominiis tibi plenarie committentes tibi ».

3. Il s'agit ici de la lettre pontificale du 1^{er} avril 1318, relatée ci-dessus, p. 17.

4. *Reg. Vat.* : « onus ».

dens¹ et negotiator sollicitus restituens duplicata, regnum patris eterni ab origine mundi paratum electis accipias letabundus in eterna Domini tabernacula intraturus.

Datum Avinione, kalendis Maii, anno secundo.

In e. mod. dilecto filio fratri Bernardo Moreti, ordinis Predicatorum, in episcopum per nos nuper assumpto, suffraganeo archiepiscopalis sedis Soltaniensis sub magni imperatoris Persidis imperio constitute, etc. Dudum gratis, etc. *ut in proxima superiori, usque sex de fratribus dicti ordinis, te videlicet, Bernarde Moreti, et quinque alios, etc. ut in eadem per totum.* — Datum ut supra.

In e. m. dilecto filio Geraldo Calveti², ordinis Predicatorum, in episcopum per nos nuper assumpto, suffraganeo archiepiscopalis sedis Soltaniensis sub magni imperatoris Persidis imperio constitute, etc. Dudum gratis, etc. *ut in precedenti, usque sex de fratribus dicti ordinis, te videlicet, filii, Geralde Calveti, et quinque alios, etc. per totum.* — Datum ut supra.

In e. m. dilecto filio Bernardino de Placentia, ordinis Predicatorum, in episcopum per nos nuper assumpto, suffraganeo archiepiscopalis sedis Soltaniensis sub magni imperatoris Persidis imperio constitute. Dudum, etc. *ut in precedenti, usque sex de fratribus dicti ordinis, te videlicet, filii Bernardine, et quinque alios, etc. ut supra per totum.* — Datum ut supra.

In e. m. dilecto filio fratri Bartholomeo de Podio, ordinis Predicatorum, in episcopum per nos nuper assumpto, suffraganeo archiepiscopalis sedis Soltaniensis sub magni imperatoris Persidis imperio constitute, etc. Dudum, etc. *ut supra, usque sex de fratribus dicti ordinis te videlicet, filii Bartholomee, et quinque alios, etc. ut supra.* — [Datum ut supra]³.

In e. m. dilecto filio fratri Guillelmo Ade, ordinis Predicatorum, in episcopum per nos nuper assumpto, suffraganeo archiepiscopalis sedis Soltaniensis, sub magni imperatoris Persidis imperio

1. Le texte du Reg. d'Avignon s'arrête ici.

2. Ce personnage doit sans doute être identifié avec un « Geraldus Calveti », évêque de Diagorgana en Perse avant 1329, et probablement aussi avec le personnage que Gams, p. 455, cite sous le nom de Gerardus de Montepessulano, élu évêque « Diatageren », le 1^{er} nov. 1322 (cf. Eubel, art. cité, p. 185; et Id., *Hierarchia catholica*, p. 232).

3. Le « Datum ut supra » manque dans le Registre.

constitute, etc. Dudum, etc. *ut supra, usque sex de fratribus dicti ordinis, te videlicet filii, Guillelme Ade, et quinque alios, etc. ut supra per totum.* — Datum ut supra.

II

Avignon, 1^{er} mai 1318.

Jean XXII annonce à Franco de Pérouse, archevêque de Sultanieh, l'élection des six suffragants qu'il a décidé de lui adjoindre, à savoir Guillaume Adam, « Geraldus Calveti », Barthélemy du Puy, Bernardin de Plaisance, Bernard Moret et Barthélemy Aballati, et leur promotion au rang d'évêques. Il lui mande de pourvoir chacun de ces six suffragants d'un siège épiscopal dans une des villes principales de sa province ecclésiastique et d'ériger en cathédrales les églises qu'il leur aura affectées. — « Dudum gratis relatibus..... Dat. Avinione, kalendis Maii, anno secundo. »

[Arch. Vat. Reg. Vat., t. LXVII (Joan. XXII, com. an. II, parte I), ep. 63, fol. 320 v^o; Reg. Aven., t. X (olim IX), Joan. XXII, an. II, parte III, fol. 450 r^o; à partir de : « ... et prefecimus in episcopos et pastores ... » — Edition partielle dans Rinaldi, *Ann. eccles.*, an. 1318, § 4-5; Brémond, *Bullar. ord. Praed.*, t. II, pp. 137, 205].

III

Avignon, 4 juin et 6 août 1318.

Jean XXII mande à Guillaume Adam et à Barthélemy du Puy, suffragants de Sultanieh, auxquels la consécration épiscopale a été donnée tout récemment par Arnaud [d'Aux], évêque d'Albano, de rejoindre leur province ecclésiastique. — La lettre adressée à Guillaume Adam est datée : « Avinione, II nonas Junii, an. secundo »; celle à Barthélemy du Puy : « Avinione, VIII idus Augusti, anno secundo¹. »

1. Il semblerait que ces deux lettres de Jean XXII, qui sont exactement de la même teneur, aient dû être rédigées en même temps. Pourtant la lettre adressée à Guillaume porte une date antérieure de près de deux mois à celle adressée à Barthélemy du Puy. On peut donc se demander s'il n'y a pas eu erreur de transcription dans la date de l'une d'entre elles, d'autant qu'elles figurent à la suite l'une de l'autre dans le Registre, celle à Barthélemy du Puy, datée du 6 août, étant transcrite la première et *in extenso*, tandis que celle à Guillaume, datée du 4 juin, n'y figure qu'en *in eundem modum*. Suarez

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. X (*olim* IX), Joan. XXII, an. II, parte III, ep. 1674, fol. 31 v°; Reg. Vat., t. LXVIII (Joan. XXII, com., an. II, parte II), ep. 1674, fol. 226-226 v°. — Paris, Biblioth. Nat., ms. lat. 8984 (*Oriens christianus* de Suarez), fol. 91 r°].

Gratis.

Venerabili fratri Bartholomeo de Podio, episcopo suffraganeo sedis archiepiscopalis Soltaniensis sub magni imperatoris Persidis imperio constitute, salutem. Dudum gratis relatibus intellecto quod in partibus Persidis et terris aliis circumpositis sub magni imperatoris Tartarorum Persidis imperio constitutis fidelium novella plantacio, quam inibi plantasse dinoscitur misericordia Salvatoris, regenerata unda baptismatis, nomen veneratur Altissimi et inspiciens lucem magnam extollit laudibus nostri preconia Redemptoris, propter quod villam Soltaniensem in eisdem partibus et dominio constitutam, insignem et habentem populum copiosum, prout fidedigna relatione didicimus, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis in civitatem Metropolitanam duximus erigendam, ac ecclesie dicte civitatis dilectum filium fratrem Francum de Perusio, electum Soltaniensem, in archiepiscopum prefecimus et pastorem. Volentes igitur ut catholice fidei veritas in illis partibus, expulsis tenebris, auctore Domino elucescat, te et quosdam alios ordinem fratrum Predicatorum professos, in lege Domini eruditos, vita et religione preclaros, et ¹ multarum virtutum titulis commendatos, de dictorum fratrum consilio et ejusdem plenitudine potestatis in episcopos prefecimus et pastores, teque et eos suffraganeos ipsi ecclesie civitatis ejusdem subjecimus et tanquam cultores industrios et operarios oportunos in adjutorium commisse eidem archiepiscopo solitudinis pro majori animarum salute in prefatis partibus duximus deputandos. Cum autem nuper per venerabilem fratrem nostrum Arnaldum, episcopum Albanensem ², tibi apud Sedem apostolicam constituto fecerimus munus consecrationis impendi, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ad partes illas cum gratia nostre benedictionis accedas, et, juxta

qui les a connues, peut-être d'après un autre Registre, et qui a transcrit, dans son *Orbis christianus* (Paris, Biblioth. Nat., ms. lat. 8984, fol. 91 r°), celle adressée à Barthélemy du Puy, en fait suivre le texte d'une note ainsi conçue : « Alia, ad idem, ven. fratri Guillelmo Adae, suffraganeo sedis Soltaniensis, *eodem data*. » Je ne serais donc pas éloigné de croire que la lettre à Guillaume devait porter, comme celle à Barthélemy du Puy, la date du 6 août et non celle du 4 juin que lui donnent les Registres d'Avignon, t. X, et du Vat., t. LXVIII.

1. Reg. Vat. : « ac ».

2. Arnaud d'Aux, ci-devant évêque de Poitiers (1306-1312), promu cardinal évêque d'Albane le 24 décembre 1312, mort le 14 août 1320.

datam tibi a Deo prudenciam, circa propositionem salutiferam verbi Dei et exercitium lucrificandarum Domino animarum vigilantanter intendens, studeas sollicite impendere partes tuas ita quod, divina tibi annuente clemencia, salutaribus proficias incrementis, Nosque solitudinis tue studium dignis valeamus in Domino laudibus commendare.

Datum Avinione, VIII idus Augusti, anno secundo.

In e. m. venerabili fratri Guillelmo Ade, episcopo suffraganeo archiepiscopalis sedis Soltaniensis sub magni imperatoris Persidis imperio constitute, salutem, etc. Dudum gratis, etc. *ut in proxima superiori, usque in Domino laudibus commendare.* — Datum Avinione, II nonas Junii, anno secundo.

IV

Avignon, 1^{er} août 1318.

Jean XXII marque à Franco de Pérouse, archevêque élu de Sultanieh, les fêtes et cérémonies dans lesquelles lui-même et ses successeurs pourront revêtir le pallium qu'il vient de lui conférer et qu'il a chargé certains messagers de lui transmettre.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. IX (*olim* VIII), Joan. XXII, an. II, parte II, ep. 1745, fol. 512 v°; Reg. Vat., t. LXVIII (Joan. XXII, com. an. II, parte III), ep. 1745, fol. 248 v°. — Cf. Rinaldi, *Annales eccles.*, an. 1318, § 6].

Gratis de mandato vic[ecamerarii].

Dilecto filio fratri Franco de Perusio, ordinis Predicatorum in archiepiscopum Soltaniensem electo, salutem. Ad ecclesiastici decoris augmentum reperta sunt insignia dignitatum, que sacrosancta Romana Ecclesia congrua in singulis liberalitate distribuit, et prout dignum extimat ordinanda concedit. Dudum siquidem diligentius attendentes quod locus Soltaniensis, in partibus Persidis constitutus, inter alia loca populosa illarum partium est insignis, nobilis et famosus, eum de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis in civitatem metropolitanam duximus erigendum, teque illi de fratrum ipsorum consilio preficimus in archiepiscopum et pastorem, tibi que munus consecrationis, ut tuis parceremus laboribus, in eisdem partibus mandavimus impertiri, prout in aliis nostris super hoc confectis litteris plenius continetur. Cupientes itaque predictam Soltaniensem ecclesiam, ad quam velut opus manuum nostrarum intenta mente afficimur

cuiusque exaltacionem desideramus ex animo, honoribus gratiosis attollere, tibi et successoribus tuis archiepiscopis Soltaniensibus, qui pro tempore fuerint, in Nativitatis et duobus diebus sequentibus, Circumcisionis et Epyphanie, Resurrectionis et duobus diebus sequentibus, et Ascensionis, et Penthecosten, et in quatuor beate Marie, nativitatis beati Johannis Baptiste, apostolorum Petri et Pauli et Omnium Apostolorum, in die Cene Domini, Sabbati sancti, Ramis palmarum, commemoratione Omnium Sanctorum, beati Laurentii martyris, beati Georgii, beati Gregorii, beati Augustini, beati Dominici, et in principali ipsius ecclesie festivitatibus, ac in dedicationibus ecclesiarum, consecrationibus episcoporum, in ordinationibus clericorum, in abbatum ac abbatissarum et monialium benedictionibus, necnon et in die consecrationis tue, ipsique successores, infra dictam ecclesiam et totam provinciam Soltaniensem palleo de corpore beati Petri sumpto, quod tibi et eisdem successoribus per certos nuntios ad partes ipsas transmittimus, uti licite valeatis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis, etc.

Datum Avinione, kalendis Augusti, anno secundo.

V

Avignon, 8 août 1318.

Jean XXII annonce à Franco de Pérouse, archevêque élu de Sultanieh, que, lui ayant conféré le pallium, il a chargé Guillaume Adam, suffragant du même siège, et Jean de Florence, de l'ordre des frères Prêcheurs, d'en remettre l'insigne entre les mains du prélat auquel il appartiendra de lui donner la consécration épiscopale.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. X (olim IX), Joan. XXII. an. II, parte III, ep. 1744, fol. 91 v^o-92; Reg. Vat., t. LXVIII (Joan. XXII, com., an. II, parte III), ep. 1744, fol. 248 r^o-248 v^o. — Paris, Biblioth. Nat., ms. lat. 8981 (*Oriens christianus* de Suarez), fol. 91 r^o. — Cf. Rinaldi, *Ann. eccles.*, an. 1318, § 5].

Gratis de mandato vicecamerarii.

Dilecto filio Franco de Perusio, ordinis Predicatorum, electo Soltaniensi, salutem, etc. Dudum attendentes diligentius quod locus Soltaniensis, in partibus Persidis constitutus, inter alia loca populosa illarum partium est insignis, nobilis et famosus, habensque populum copiosum, et honorabiliter (*sic*) inter alia loca tocus regni magnifici principis magni regis Tartarorum in Perside, eum

de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis in civitatem Metropolitanam duximus erigendum, ac ad te, ordinis Predicatorum professorem, evangelizantem in illis partibus verbum Dei, de cujus sanctitate vite, litterarum scientia et aliis copiosis virtutum meritis magna nobis et eisdem fratribus fidedigna testimonia sunt relata, oculos dirigentes, te¹ de ipsorum fratribus consilio ecclesie dicte civitatis in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem et sollicitudinem animarum existencium in eisdem partibus que subduntur imperatoris Tartarorum Persidis, principis Chaido et Doha² ac Ethyopie et Indiarum regum seu principum dominiis, tibi plenarie committentes, tibi que exercendi omnia que ad jura archiepiscopalia spectare noscuntur, secundum quod est sacris canonibus diffinitum, concedentes plenam et liberam potestatem, prout in litteris nostris inde confectis plenius et serius continetur. Ut igitur postquam munus consecrationis Deo auctore suscipies, palleo in quo pontificalis officii plenitudo cum archiepiscopalis nominis appellatione confertur etiam decoreris, hujusmodi pallium insigne³ plenitudinis videlicet ejusdem officii, de corpore beati Petri sumptum⁴, per venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Ade, episcopum suffraganeum tuum, ac dilectum filium Joannem de Florentia⁵, ejusdem ordinis professorem, tibi tuisque successoribus archiepiscopis Soltaniensibus, qui erunt pro tempore, per aliquem episcoporum qui principaliter tibi et eisdem successoribus munus consecrationis impendet, secundum formam in aliis nostris litteris annotatam, duximus destinandum, eidem episcopo qui, ut premititur, te dictosque successores tuos archiepiscopos Soltanienses, qui erunt pro tempore, principaliter consecrabit, auctoritate presencium committentes, ut a te et prefatis successoribus, qui erunt pro tempore, nostro et Ecclesie Romane nomine sub forma quam sub bulla nostra dirigimus, fidelitatis recipiat juramentum; tu autem et successores tui illo intra ecclesiam Soltaniensem et provinciam predictas uti valeatis illis diebus quibus secundum sacros canones est licitum uti, ea constitutione que dicit pallem personam non transgredi, sed cum eo sepeliri debere, aliquatenus non

1. Le mot « te » manque dans le *Reg. Vat.*

2. Sur la principauté de Chaido, ou Chaydo, voy. ci-dessus, p. 19, n. 1; sur celle de Doha, voy. Guillaume Adam, *De modo Sarracenos extirpandi* (Recueil cité, p. 530).

3. Mss. : « in signe ».

4. *Reg. Vat.* : « assumptum ».

5. Devenu plus tard (7 févr. 1330) évêque de Tiflis (cf. Eubel, article cité, p. 186; Id., *Hierarchia catholica*, p. 501).

obstante. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius, interius serves in mente, discretionem tuam monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus humilitatem et justiciam, dante Domino qui dat munera et premia elargitur, servare studeas, que suum servant et promovent servatorem, et Soltaniensem ecclesiam, sponsam tuam, auctore Domino cures sollicitè spiritualiter et temporaliter augmentare.

Datum Avenione, VI idus Augusti, anno secundo.

VI

Avignon, 8 août 1318.

Jean XXII informe Guillaume Adam, suffragant de Sultanieh, et Jean de Florence, de l'ordre des frères Prêcheurs, qu'ayant conféré le pallium à Franco de Pérouse, archevêque élu de Sultanieh, il les a désignés pour en remettre l'insigne entre les mains du prélat auquel il appartiendra de donner la consécration épiscopale audit Franco.

[Lettre insérée en abrégé sous forme de *in e. m.* à la suite de la lettre précédente, et sous le même n°, dans les Reg. d'Avignon et du Vatican. — Cf. Rinaldi, *Ann. eccles.*, an. 1318, § 6].

In e. m. venerabili fratri Guillelmo Ade, episcopo suffraganeo ecclesie Soltaniensis in metropolitana erecte, et dilecto filio Johanni de Florentia, ordinis Predicatorum, salutem, etc. Dudum diligencius attendentes quod locus, etc. *ut in proxima superiori, usque duximus erigendum*, ac ad dilectum filium Francum de Perusio, ordinis Predicatorum, electum Soltaniensem, ipsius ordinis professorem, evangelizantem in illis partibus, etc., *usque seu principum dominiis eidem Franco plenarie committentes sibi exercendi omnia, etc. usque de corpore beati Petri sumptum*, per vos assignandum sibi suisque successoribus archiepiscopis Soltaniensibus qui erunt pro tempore per aliquem episcoporum qui principaliter sibi et eisdem successoribus munus consecrationis impendet secundum formam in aliis nostris litteris annotatam duximus destinandum, eidem episcopo qui, ut premititur, dictum Electum prefatosque successores suos archiepiscopis Soltaniensibus, qui erunt pro tempore, principaliter consecrabit per alias nostras litteras committentes, ut ab ipso et prefatis successoribus, qui erunt pro tempore, nostro et Ecclesie Romane nomine sub

forma quam sub bulla nostra dirigimus fidelitatis recipiat juramenta. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum palleum ipsum prefato principali consecratori ejusdem Electi ex parte nostra cum ea qua decuerit reverencia tradere et presentare curetis, per eum juxta dictam formam eidem Electo ac suis successoribus per aliquem episcoporum, qui principaliter eisdem munus consecrationis impenderit, assignandum, recepto ab eo dictisque successoribus, qui erunt pro tempore, nomine nostro et Ecclesie Romane, sub forma quam eidem consecratori sub bulla nostra dirigimus, fidelitatis debite juramento. Volumus autem et eidem consecratori presentium tenore mandamus quod formam juramenti, quod dictus Electus prestabit, de verbo ad verbum nobis per ejusdem Electi patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuncium quantocius studeat destinare.

Datum Avenione, VI idus Augusti, anno secundo.

VII

Avignon, 1^{er} septembre 1318.

Jean XXII donne aux suffragants de l'église de Sultanieh des instructions sur la façon dont ils auront à procéder pour la consécration de leur métropolitain, Franco de Pérouse, et de ses successeurs éventuels, avec la formule du serment que devra prêter ledit métropolitain entre les mains du prélat auquel il appartiendra de le consacrer et de le revêtir du pallium.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. IX (*olim* VIII), Joan. XXII, an. II, parte II, ep. 1746, fol. 512 v^o-513; Reg. Vat., t. LXVIII (Joan. XXII, com., an. II, parte III), ep. 1746, fol. 218 v^o-219. — Cf. Rinaldi, *Ann. eccles.*, an. 1318, § 6.]

Gratis de mandato vic[ecamerarii].

Venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Soltaniensis, tam presentibus quam futuris. Dudum diligentius attendentes quod locus Soltaniensis, in partibus Persidis constitutus, inter alia loca populosa illarum partium est insignis, nobilis et famosus, eum de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, in civitatem metropolitana duximus erigendum, dilectum filium fratrem Francum de Perusio, ordinis Predicatorum, Soltaniensem electum, evangelizantem in illis partibus verbum Dei, de cujus sanctitate vita, litterarum scientia et aliis

copiosis virtutum meritis magna nobis et eisdem fratribus testimonia sunt relata, de fratrum ipsorum consilio preficientes in archiepiscopum et pastorem. Et licet juxta morem antiquum, quem in hoc Romana servavit et servabit ecclesia, prefatus electus pro consecrationis sue munere obtinendo teneretur ad Sedem apostolicam personaliter se conferre ¹, Nos tamen, cogitantes loci distanciam, pericula maris et terre, expensas et alia que de necessitate ipsum oporteret subire, ac propterea volentes suis et successorum suorum archiepiscoporum Soltaniensium, qui pro tempore fuerint, parcere laboribus et expensis, per aliquem vestrum, qui a prefato electo et successoribus suis electis canonice successive fuerit requisitus ², ascitis sibi ex vobis duobus vel tribus ex vobis vel aliis ³, gratiam et communionem apostolice sedis habentibus, eidem fratri Franco et successoribus eisdem, ut predicatur, successive hujusmodi consecrationis munus in illis partibus mandavimus exhiberi. Cum autem pro eodem fratre Franco et prefatis successoribus palleum insigne, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ad partes ipsas propterea destinemus, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus ille ex vobis qui hujusmodi consecrationis sibi munus impendit, juxta formam annotatam presentibus, eidem electo et successoribus studeat assignare, recipiens postmodum ab eo nostro et Romane ecclesie ⁴ nomine, in forma infra scripta, fidelitatis debite juramentum. Forma autem, quam ille vestrum servabit qui eidem archiepiscopo palleum assignabit prefatum, talis est : « Ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et domini mei, qui nunc est, Papa, et Romana ecclesia (sic), necnon et ecclesie tibi commisse, tradimus tibi palleum de corpore beati Petri sumptum, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ut utaris eo infra ecclesiam tuam et provinciam tibi commissam certis diebus qui exprimuntur in privilegio tibi ab Apostolica sede concesso. » Forma etiam, quam eundem electum et ejus successores, qui pro tempore fuerint, prestare volumus, hec est : « Ego..., Soltaniensis archiepiscopus, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero ⁵ beato Petro sancteque apostolice Romane Ecclesie, et domino meo Pape, qui nunc est, suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam per-

1. Reg. Vat. : « se conferre personaliter ».

2. Reg. Vat. : « fuerit electus requisitus ».

3. Reg. Vat. : « ascitis sibi ex vobis duobus vel tribus aliis ».

4. Reg. Vat. : « Romana ecclesia ».

5. Reg. Vat. : « fidelis ero et obediens ».

« dant aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium vero, quod michi credituri ¹ sunt per se aut per nuntios suos sive per litteras, ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. « Papatum Romanum et regalia sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum et defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum Apostolice sedis eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. « Apostolorum limina singulis sex annis visitabo aut per me aut per meum nuntium, nisi apostolica absolvat licentia. Possessio neque vero ad mensam mei archiepiscopatus pertinentes non vendam nec donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano pontifice. « Sic me Deus adjuvet et hec sancta Dei evangelia. » — Datum Avinione, kalendis Septembris, anno secundo.

VIII

Avignon, 6 octobre 1322.

Jean XXII transfère Guillaume [Adam], évêque de Smyrne, à l'archevêché de Sultanieh, vacant par la résignation de Franco de Pérouse, et il l'informe qu'il lui a fait assigner le pallium par Napoléon [Orsini], cardinal diacre de Saint-Adrien, Raymond [de Farges], cardinal diacre de Sainte-Marie-Nouvelle, et Jean [Cajetan-Orsini], cardinal diacre de Saint-Théodore.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XVIII (olim XVII), Joan. XXII, an. VII, parte I, ep. 402, fol. 280 v^o-281; Reg. Vat., t. LXXIV (Joan. XXII, com., an. VII, parte I), ep. 402, fol. 151 v^o-152].

Gratis pro Deo.

Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Soltaniensi, salutem. Romani Pontificis, quem pastor ille celestis et episcopus, animarum potestatis sibi plenitudine tradita, ecclesiis pretulit ² universis, plena vigiliis sollicitudo requirit ut ipse circa cujuslibet statum ecclesie sic vigilanter intendat, sic prospiciat diligenter, ut per ejus circumspectionem providam et providentiam circumspectam, nunc per simplicis provisionis officium, nunc per ministe-

1. Reg. Vat. : « creditori ».

2. Reg. Vat. : prestulit.

rium translationis accomode, prout locorum et temporum qualitas exigit, ecclesiis singulis pastor accedat ydoneus et rector providus deputetur; sicque ecclesie ipse, superni favoris auxilio suffragante, votive prosperitatis successibus gratulentur. Nuper siquidem dilecto filio Franco dicto de Perusio, ordinis fratrum Predicatorum, tunc archiepiscopo Soltaniensi, oneri et honori Soltaniensis ecclesie, cui preerat, in manibus nostris certis ex causis sponte cedente, nos ad provisionem ipsius ecclesie, que situata existit inter barbaras nationes, ne diutius sustineret vacationis incommoda, celeriter intendentes, cum nullus preter nos hac vice de ipsius ecclesie ordinatione se intromittere potuerit, pro eo quod nos diu ante cessionem hujusmodi provisiones omnium ecclesiarum cathedralium apud Sedem Apostolicam tunc vacantium, et quas vacare contingeret in futurum, dispositioni nostre et Sedis ejusdem duximus specialiter reservandas, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam, scienter vel ignoranter, quavis auctoritate contingeret attemptari, post diligentiam quam ad preficiendam eidem Soltaniensi ecclesie ydoneam et approbatam personam adhibuimus vigilanter, in te, tunc episcopum Smirnensem, quem scientia litterali prelitum, virum quoque vite laudabilis, conversationis placide, discretionis et consilii maturitate conspicuum novimus, noster animus requievit. Intendentes itaque predictae Soltaniensi ecclesie salubriter providere, te de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis a vinculo quo tenebaris Smirnensi ecclesie, cui preeras, absolventes, ad predictam Soltaniensem ecclesiam te transferimus et prefecimus te ipsi Soltaniensi ecclesie in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Soltaniensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus committentes, liberam tibi dando licentiam ad eandem Soltaniensem ecclesiam transeundi, tibi quoque postmodum pallem insigne, plenitudinem videlicet pontificalis officii, de corpore beati Petri sumptum, a te qua decuit reverentia postulatum, ad nomen et usum ejusdem Soltaniensis ecclesie per dilectos filios nostros Neapolionem Sancti Adriani ¹, et Raymundum Sancte Marie Nove ² ac Johannem Sancti Theodori ³ diaconos cardinales fecimus assignari; in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente Domino actus tuos, tue operatio-

1. *Reg. Vat.* : « Neapolionem ». — Napoléon Orsini, promu en 1288, † 23 mars 1342.

2. Raymond de Farges, promu le 19 décembre 1310, † le 5 octobre 1346. Voy. sur ce personnage, *Rec. des hist. d. crois. Doc. arméniens*, t. II, Préface.

3. Jean Cajetan « de Ursinis », promu le 17 décembre 1316, † en 1329.

nis ministerio animas Deo lucrificas, et ejusdem ecclesie oves errantes ad ovile reduces, ac eadem Soltaniensis ecclesia per tue circumspectionis industriam prospere dirigetur, et salubria, divina tibi assistente clementia, suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus impositum tibi onus a Domino devote supportans, sic curam et administrationem predictas diligenter gerere studeas, quod eadem Soltaniensis ecclesia sub tua vigilantia votivis ampliatur comodis et in omnibus prospere dirigatur, tuque nostram et dicte sedis gratiam exinde consequi uberius merearis. — Datum Avinione, II nonas Octobris, anno septimo.

In e. m. dilectis filiis capitulo ecclesie Soltaniensis, salutem. Romani Pontificis, etc. *usque* incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Guillelmo archiepiscopo tamquam patri et pastori animarumstrarum humiliter intendentes, et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis devote, et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Guillelmus archiepiscopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra.

In e. m. dilecto filio populo civitatis et diocesis Soltaniensis, salutem. Romani Pontificis, etc. *usque* incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem Guillelmum archiepiscopum tamquam patrem et pastorem animarumstrarum devote suscipientes, ac debita honorificentia prosequentes, ejus monitis et mandatis salubribus intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios, et vos per consequens in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. — Datum ut supra.

In e. m. dilectis filiis universis vassallis ecclesie Soltaniensis, salutem. Romani Pontificis, etc. *usque* suscipiet incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem archiepiscopum debita honorificentia prosequentes, ei fidelitatem solitam, necnon consueta servitia et jura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem archiepiscopus rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus, auctore Domino, usque

ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra ¹.

In e. m. dilectis filiis clero civitatis et diocesis Soltaniensis, salutem. Romani Pontificis, etc. *usque* suscipiet incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Guillelmo archiepiscopo tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiatis devote, et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Guillelmus archiepiscopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra.

In e. m. venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Soltaniensis, salutem. Romani Pontificis, etc. *usque* incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem Guillelmo archiepiscopo tamquam membra capiti obsequentes, exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ita quod mutua inter vos et ipsum gratia gratos sortiat effectus, et nos devotionem vestram possimus propter hoc in Domino merito commendare. Alioquin sententiam, quam idem archiepiscopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra.

IX

Avignon, 6 janvier 1323.

Jean XXII informe Guillaume, archevêque de Sultanieh, qu'il l'a désigné pour porter le pallium à Raymond [Étienne], archevêque élu d'Éphèse, pour l'en revêtir après la consécration épiscopale et pour recevoir de lui le serment de fidélité à l'Église romaine.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XVIII (olim XVII), Joan. XXII, com., an. VII,

1. Le Reg. d'Avignon ne contient pas les deux *in e. m.* suivants.

parte I, ep. 417, fol. 241 v^o-242 ¹; Reg. Vat., t. LXXIV (Joan. XXII, com., an. VII, parte I), ep. 417, fol. 156 v^o.]

Gratis pro Deo.

Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Soltaniensi, salutem. Cum palleum, insigne videlicet pontificalis officii, a nobis pro parte dilecti filii Raymundi, electi Ephesini, fuisset humiliter postulatum, Nos cogitantes loci distanciam, maris et terre discrimina, labores et alia que dictum Electum pro hujusmodi palleo obtinendo ad Sedem apostolicam veniendo oporteret de necessitate subire, et volentes personam ejusdem Electi ab hujusmodi periculis et laboribus paterne caritatis studio supportare, supplicationibus hujus inclinati, palleum ipsum de corpore beati Petri sumptum prefato Electo per te duximus destinandum. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus illud eidem Electo, postquam sibi fuerit munus consecrationis impensum, sub forma presentibus annotata, assignare procures, recipiens ab eo sub forma quam sub bulla nostra transmittimus, nostro et ecclesie Romane nomine, fidelitatis debite juramentum; formam autem juramenti quod ipse prestabit de verbo ad verbum per ejus patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuncium nobis studeas quantocius destinare. Forma vero, quam assignando palleum ipsum eidem Raymundo servabis, talis est : « Ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et domini Johannis pape .XXII. » et ecclesie Romane, necnon et ecclesie Ephesine tibi commisse, « trado tibi palleum de corpore beati Petri sumptum, plenitudinem videlicet pontificalis officii, ut utaris eo infra ecclesiam » tuam tuam certis diebus qui exprimuntur in privilegiis ei ab « apostolica sede concessis. »

Datum Avinione, VIII idus Januarii, anno septimo.

1. En marge de cette pièce, dans le Reg. d'Avignon, se lit un renvoi à une autre lettre du pape à Raymond Étienne, ainsi résumée dans la table du volume : « Littera Raymundi, electi Ephesini, quod possit recipere consecrationem a quocumque antistite. Datum Avin., VIII idus februarii anno septimo. » Mais le texte même de cette lettre semble n'avoir pas été inséré dans le volume; du moins il ne s'y trouve plus.

X

Avignon, 1^{er} février 1323.

Jean XXII marque à Raymond Étienne, de l'ordre des frères Prêcheurs, archevêque élu d'Éphèse, les cérémonies dans lesquelles lui-même et ses successeurs pourront se revêtir du pallium, qui lui sera porté par Guillaume, archevêque de Sultanieh.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XVIII (olim XVII), Joan. XXII, an. VII, parte I, ep. 800, fol. 358; Reg. Vat., t. LXXIV (Joan. XXII, com., an. VII, parte I), ep. 800, fol. 280 v^o-281. — Paris, Biblioth. Nat., ms. lat. 8984 (*Oriens christianus* de Suarez), fol. 130].

Gratis pro Deo.

Dilecto filio Raymundo Stephani, ordinis fratrum Predicatorum, in archiepiscopum Ephesinum electo, salutem, etc. Licet Ephesina ecclesia ab olim, utpote honorabilis et famosa metropolis, variis fuerit dignitatum insigniis decorata, ejusque presules archiepiscopali nomine insigniti pallesc, quod est insigne pontificalis officii quodque cum archiepiscopalis nominis appellatione confertur, usi fuerint ad honorem Dei Romane ecclesie et metropolis prelibate, quia tamen postmodum in eadem metropoli, sicut in aliis metropolitanis et ceteris ecclesiis illarum partium, propter pericula scismatum et persecutiones diversas multum est ab antiquis observantiis deviatum, ac privilegia eis ab Apostolica sede concessa, tum propter vetustatem temporis, tum etiam propter alia diversa contingentia sunt amissa, ne propter hoc quibus diebus uti pallesco debeas in tuis ecclesia et provincia Ephesina, quod nuper de corpore beati Petri sumptum, per venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Soltaniensem, tibi duximus destinandum, contingat te forsitan¹ dubitare, tibi et successoribus tuis archiepiscopis Ephesinis, qui pro tempore fuerint, in Nativitatis et duobus diebus sequentibus, Circumcisionis et Epiphanie, Resurrectionis et duobus sequentibus, et Ascensionis et Pentecostes et in quatuor beate Marie Nativitatis, beati Johannis Baptiste, apostolorum Petri et Pauli et omnium Apostolorum, in die Cene Domini, Sabbati sancti, Ramis palmarum, commemoratione Omnium sanctorum, beati Laurentii martyris², beati Georgii,

1. *Reg. Aven.* : « forcé ».

2. *Reg. Vat.* : « Martini », au lieu de « martyris ».

beati Gregorii pape, beati Augustini, beati Dominici, et in principali ipsius ecclesie festivitatibus ac in dedicationibus ecclesiarum, consecrationibus episcoporum, in ordinationibus clericorum, in abbatum et abbatissarum et monialium benedictionibus, necnon et in anniversario consecrationis tue, ipsique successores tui infra dictam ecclesiam et totam provinciam Ephesinam dicto pallesco uti licite valeatis autoritate presentium indulgemus. Nulli ergo¹, etc., nostre concessionis infringere, etc.

Datum Avinione, kalendis Februarii, anno septimo.

XI

Avignon, 31 mai 1323.

Jean XXII informe Léon [IV], roi d'Arménie, qu'il a confié à Guillaume, archevêque de Sultanieh, la mission de ramener à la foi catholique les Arméniens dissidents qui habitent l'empire de Perse et les régions avoisinantes. Il l'exhorte à favoriser cette mission et à envoyer lui aussi des lettres et des messagers vers les dits Arméniens, avec Guillaume, pour les inviter à faire bon accueil à ce prélat et à embrasser la doctrine de l'Église romaine.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XVIII (olim XVII), Joan. XXII, an. VII, parte I, ep. 849, fol. 573 v^o; Reg. Vat., t. LXXIV (Joan. XXII, com., an. VII, parte I), ep. 849, fol. 299. — Cf. Rinaldi, *Ann. eccles.*, an. 1323, § 8.]

Gratis pro Deo.

Carissimo in Christo filio Leoni, regi Armenie illustri, salutem. Sit nobis omnipotens Deus testis, etc. *ut in proxima superiori*², *usque nobis creditas oberrantes*³ ne luporum rapacitas illas absorbeat, etc. *usque illas ad eterne salutis pascua, etc. usque populi Armenorum imperii Persidis et ad lucrificandum Christo, etc. usque venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Soltaniensem, qui, christiane religionis ardore succensus, maris et terre pericula libenter ob Christi nomine perferre se obtulit, etc. usque destinamus.* Et quia favores tuos et studia tua,

1. « Ergo » manque dans le *Reg. Vat.*

2. C'est-à-dire même texte que la lettre copiée avant celle-ci dans le Registre, et qui est celle du 1^{er} juin 1323, que nous publions plus loin, sous le n^o XIV.

3. *Reg. Aven.* : « aberrantes ».

fili carissime, ad felicem hujusmodi plantationis effectum esse noscuntur plurimum oportuna, celsitudinem ¹ tuam rogamus attente, obsecrantes in filio Dei patris, et in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatinus, ut retribuas domino Deo tuo pro hiis que tribuit ipse tibi, qui tuum locavit solium inter reges et principes orbis terre, calicem salutis, etc. *usque* destinare procures, dictique nuncii Armenos ipsos ex parte tua, etc. *usque* salutiferam ecclesie Romane doctrinam, antiquis relegatis erroribus, etc. *usque* bravium apprehendant. Tu vero ex premissis, fili carissime, tam pii, tam salutaris operis cooperator effectus, preter benedictionem et gratiam quas a nobis et Sede apostolica consequeris, Deo gratissimum offeres holocaustum, per quod divinam tibi cumulabit gratiam, mercedem emeritam et opimam tibi proculdubio repensuram.

Datum Avinione, II kalendas Junii, anno septimo.

XII

Avignon, 31 mai 1323.

Jean XXII concède à Guillaume, archevêque de Sultanieh, et à ses suffragants, pour eux-mêmes et pour leurs successeurs, le libre usage de leurs livres et de toutes les choses licitement acquises par eux avant leur consécration, nonobstant la constitution contraire du pape Clément IV, d'heureuse mémoire.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XIX (*olim* XVIII), Joan. XXII, an. VII, parte II, ep. 1003, fol. 175-175 v°; Reg. Vat., t. LXXV (Joan. XXII, com., an. VII, parte II), ep. 1002, fol. 1 v°].

Gratis pro Deo.

Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Soltaniensi, ejusque suffraganeis, salutem ². Ad personam tuam, frater archiepiscopo, qui dudum, non vitatis multis persone periculis, ad remotissimas partes infidelium nationum, ut ipsos per sancte predicationis et exortationis officium posses reducere ad lumen catholice veritatis, te personaliter contulisti, gratum Deo fructum per tue diligentie studium in illis partibus faciendo, specialem gerentes dilectionis affectum, libenter tibi et suffraganeis tuis illa

1. Reg. Aven. : « celsitudinem. »

2. Reg. Vat. : « salutem, etc. »

concedimus que possint esse ad profectum catholice fidei vestrisque necessitatibus profutura. Cum itaque tu, prefate archiepiscopo, dictique suffraganei non habeatis redditus vel proventus de ecclesiis vestris de quibus possitis comode sustentari, Nos oportunitatibus vestris, in quantum cum Deo possumus, salubriter providere et consulere intendentes, vobis vestrisque successoribus, qui erunt pro tempore, sive Predicatorum sive Minorum ordinum sitis, vel dicti successores fuerint, professores, habendi omnium librorum vestrorum et rerum aliarum per vos ex donationis titulo vel alias licite acquisitarum usum liberum quoad vixeritis, dictique successores quoad vixerint, sicut habebatis vel dicti successores habuerint antequam essetis vel ipsi erunt in episcopos consecrati, nec vos teneamini nec dicti successores teneantur ante consecrationem hujusmodi libros et res predictas ¹ in prelatorum vestrorum manibus resignare, constitutione felicis recordationis Clementis pape III, predecessoris nostri, super hoc in contrarium edita aliquatenus non obstante, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo, etc. nostre concessionis infringere, etc.

Datum Avinione, II kalendas Junii, anno septimo.

XIII

Avignon, 1^{er} juin 1323.

Jean XXII concède à Raymond [Étienne], archevêque élu d'Ephèse, le libre usage de ses livres et de toutes les choses licitement acquises par lui avant sa consécration, nonobstant la constitution contraire du pape Clément IV, d'heureuse mémoire.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XIX (*olim* XVIII), Joan. XXII, an. VII, parte II, ep. 1002, fol. 175; Reg. Vat., t. LXXV (Joan. XXII, com., an. VII, parte II), ep. 1001, fol. 1-1 v°].

Gratis pro Deo.

Dilecto filio Raymundo, electo Ephesi, salutem ². Ad personam tuam, qui dudum, non vitatis multis periculis, ad remotissimas partes infidelium nationum, ut ipsos per sancte predicationis et exortationis officium posses reducere ad lumen catholice veritatis, te personaliter contulisti, gratum Deo fructum per tue diligentie studium in illis partibus faciendo, specialem gerentes dilectionis affectum, libenter tibi illa concedimus que possint esse

1. Reg. Vat. : « predictos ». — 2. Reg. Vat. : « salutem, etc. »

ad profectum catholice fidei tuisque necessitatibus profutura. Cum itaque tu non habeas redditus vel proventus de ecclesia tua de quibus possis comode sustentari, Nos oportunitatibus tuis, in quantum cum Deo possumus ¹, salubriter providere et consulere intendentes, tibi habendi omnium librorum tuorum et rerum aliarum per te ex donationis titulo vel alias licite acquisitorum usum liberum, quoad vixeris, sicut habes vel habueris antequam sis in archiepiscopum consecratus, nec tu tenearis ante consecrationem huiusmodi libros et res predictas ² in prelatorum tuorum manibus resignare, constitutione felicitis recordationis Clementis pape IIII, predecessoris nostri, super hoc in contrarium edita aliquatenus non obstante, auctoritate presentium indulgemus. Nulli etc., nostre concessionis infringere, etc.

Datum Avinione, kalendis Junii, anno septimo.

XIV

Avignon, 1^{er} juin 1323.

Jean XXII informe Constantin, patriarche des Arméniens, qu'il a confié à Guillaume, archevêque de Sulianieh, la mission de ramener à la foi catholique les Arméniens dissidents qui habitent l'empire de Perse et les régions circonvoisines. Il l'exhorte à favoriser cette mission et à envoyer, lui aussi, des lettres et des messagers vers lesdits Arméniens, en compagnie de Guillaume, pour les inviter à faire bon accueil à ce prélat et à embrasser la doctrine de l'Église romaine.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XVIII (olim XVII), Joan. XXII, an. VII, parte I, ep. 848, fol. 572 v^o-573; Reg. Vat., t. LXXIV (Joan. XXII, com., an. VII, parte I), ep. 848, fol. 298 v^o-299. — Édition partielle dans Rinaldi, *Ann. eccles.*, an. 1323, § 7.]

Gratis pro Deo.

Venerabili fratri Constantino, patriarche Armenorum, salutem ³. Sit nobis omnipotens Deus testis in celo fidelis, quod, inter grandia vota nostra, illa sunt omnino suprema oves nobis creditas oberrantes, ne lupi rapacitas ipsas absorbeat, ad dominicum ovile reducere, ac sauciatas, vere salutis medicina curantes illas, ad eterne lucis pascua, que luporum non patent ⁴

1. *Reg. Vat.* : « possumus ».

2. *Reg. Vat.* : « predictos ».

3. « Salutem » manque dans le *Reg. Vat.*

4. *Reg. Vat.* : « poterat. »

incursibus, evocare. Agimus quidem in humilitate spiritus devotas laudes domino Deo nostro, quod sicut Inferioris Armenie populi, quos in tenebris et umbra mortis diutius ambulantes antiquus hostis in sagenam incluserat cecitatis, nobis per litteras eorum et nuncios insinuare curarunt, ipse misericors et miserator omnipotens, qui secundum multitudinem miserationum suarum *Nolo mortem peccatoris*, dixit, *sed ut convertatur et vivat*, antiquum ab ipsorum oculis velamen cecitatis abducens, ad prospectum veri luminis, hoc est ad christiane fidei jubar et evangelice veritatis lineam, a qua exorbitantibus non est salus, juxta quod sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium et magistra, fideliter profitetur et predicat, revocavit. Nos autem ex hiis spiritualium gaudiorum ubertate relecti, et sperantes in misericordia Domini, quod non subsistet nec abbreviabitur in hiis tantummodo manus ejus, sed votorum nostrorum feliciter diriget, pro sui laude nominis, ad ulteriora progressus, ad predicandum verbum vite populis Armenorum imperii Persidis, qui, quanquam tibi in spiritualibus obediant et intendunt, a doctrina tamen ecclesie Romane degenerant, ac ad reducendum eos ad semitam veritatis, et ad lucrificandum Christo animas eorundem, ad instar illius qui spiritus suos angelos facit et ministros suos ignem urentem, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, Soltaniensem archiepiscopum, christiane fidei zelatorem, qui, dicte fidei ardore succensus, maris et terre pericula libenter ob Christi nomen perferre se obtulit, ad plantandum et irrigandum in partibus illis nove plantationis ortum, incrementum dante Domino, destinamus. Et quia favores tuos, cooperationes et studia, velut prelati catholici et in partem apostolice sollicitudinis ad convertendas ad salutem animas evocati, fore noscuntur ad felicem hujus plantationis effectum plurimum oportuna, fraternitatem tuam rogamus et obsecramus in filio Dei patris, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatinus prudenter attendens, quod divina et ¹ Apostolice sedis gratia inter tantos tamque diffusos populos ecclesiastica dignitate prefulges, ut retribuas domino Deo tuo, pro hiis que tribuit ipse tibi, calicem salutis, quem tibi propinamus, accipias, et speciales nuncios tuos et litteras ad Armenos ejusdem imperii Persidis, una cum eodem archiepiscopo, destinare procures, qui Armenos ipsos ex parte tua solerter inducant, salubriter alloquantur et moneant, ut eundem archiepiscopum, ob reverentiam Apostolice sedis et nostram devote recipiant, et verba vite

1. *Reg. Vat.* : « ac ».

ac fructum salutis eterne, quem eis predicando et exhortando ¹ pollicebitur, tenaciter eorum mentibus infigentes, ad viam veritatis, que Christus est, et ad salutiferam ecclesie Romane doctrinam, ad quod summopere te decet anniti, antiquis relegatis erroribus, se convertant, sicque in melius atque salubrius presentis seculi stadium Christo auxiliante percurrant, ut vite perennis braviū comprehendant. Tu vero, qui ad revocandas ab erroribus tot populorum animas ad salutem te cooperatorem ² et adiutorem tam opime mercedis efficies, preter benedictionem et gratiam, quas a nobis et a matre tua Sede apostolica consequeris, Deo gratissimum offeres holocaustum, per quod celestem tibi cumulabis gratiam, mercedem emeritam tibi proculdubio repensuram.

Datum Avinione, kalendis Junii, anno septimo.

XV

Avignon, 1^{er} juin 1323.

Jean XXII concède à Guillaume, archevêque de Sultanieh, la faculté de créer quatre charges de tabellions, dont les titulaires, clercs non mariés, exerceront dans sa province ecclésiastique.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XVIII (olim XVII), Joan. XXII, an. VII, parte I, ep. 60, fol. 302 v^o-303; Reg. Vat., t. LXXV (Joan. XXII, an. VII, parte II), ep. 1739, fol. 270 v^o.]

Gratis pro Deo.

Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Soltaniensi, salutem, etc. ³. Ne contractuum memoria deperiret inventum est tabellionatus officium, quo contractus legitimi ad cautelam presentium et memoriam futurorum manu publica notarentur. Hinc est quod, sicut nobis exponere curavisti, in regno Persidis et aliis terris circumpositis jam plantata ecclesia et fides christiana, divina cooperante clementia, suscipiunt incrementum ⁴. Ne igitur, ob defectum tabellionum in electionibus et provisionibus episcoporum aliisque negotiis, que iminebunt in eisdem partibus facienda, aliquod obstaculum ⁵ valeat provenire, Nos, tuis

1. Reg. Vat. : « exhortando ».

2. Reg. Aven. et Vat. : « cooperatiorem ».

3. « salutem, etc. » manque dans le Reg. Vat.

4. Reg. Vat. : « incrementa ».

5. Reg. Aven. : « ostaculum ».

supplicationibus inclinati, concedendi predictum officium quatuor personis, clericis videlicet non conjugatis, quas post diligentem examinationem ydoneas esse repereris, et ad quas pro premissis libere recurratur, prius ab eis juramento juxta formam presentibus annotatam recepto, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Forma autem juramenti quod persone ipse prestabunt talis est : « Ego... talis, clericus non conjugatus... diocesis..., ab hac, etc. ¹, per totum ut in forma, usque sancta Dei evangelia ².

Datum Avinione, kalendis Junii, anno septimo.

XVI

Avignon, 1^{er} juin 1323.

Jean XXII autorise Franco de Pérouse, ci-devant archevêque de Sultanieh, à conserver, durant sa mission chez les Grecs et les Infidèles, l'usage des ornements pontificaux, à l'exception du pallium, à célébrer l'office divin, et, en l'absence de tout légat du Saint-Siège et de tout archevêque ou évêque, à donner la bénédiction au peuple.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XVIII (olim XVII), Joan. XXII, an. VII, parte I, ep. 850, fol. 553 v^o; Reg. Vat., t. LXXIV (Joan. XXII, com., an. VII, parte I), ep. 850, fol. 299. — Paris, Biblioth. Nat., ms. lat. 8984 (*Oriens christianus* de Suarez), fol. 91 v^o. — Cf. Rinaldi, *Ann. eccles.*, an. 1323, § 8.]

Gratis pro Deo.

Venerabili fratri Franco de Perusio, ordinis fratrum Predicatorum, quondam archiepiscopo Soltaniensi, salutem ³. Cum nuper tu cupiens tue quieti consulere, non honori sed oneri archiepiscopatus Soltaniensis, cui preerās, in nostris manibus sponte cesseris atque loco, per procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum, Nosque hujusmodi tuam reciperimus cessionem, tibi de Sedis apostolice benignitate utendi apud Grecos et infideles ⁴, in quorum partibus pro salute fidelium et ampliatione catholice fidei conversaris, pontificalibus insigniis in divinis officiis et locis competentibus, absque tamen usu pallei, sicut uti

1. Reg. Vat. : « ab hac hora, etc. ».

2. La formule est donnée en entier dans la première bulle concédant l'office de tabellion.

3. « salutem » manque dans le Reg. Vat.

4. Reg. Vat. : « fideles ».

consueveras ante hujusmodi cessionem, necnon benedictionem populo in eisdem locis more pontificum largiendi, dummodo legatus Sedis apostolice aut aliquis archiepiscopus vel episcopus presens in benedictione hujusmodi non existat, plenam et liberam auctoritate presencium concedimus facultatem. Nulli, etc., nostre concessionis infringere, etc.

Datum Avinione, kalendis Junii, anno septimo.

XVII

Avignon, 26 octobre 1324.

Jean XXII transfère Guillaume, archevêque de Sultanieh, à l'archevêché d'Antivari, vacant par la résignation de l'archevêque André.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XXII (*olim* XXI), Joan. XXII, an. IX, parte 1, ep. 350, fol. 268-268 v°; Reg. Vat., t. LXXVIII (Joan. XXII, com., an. IX, parte 1), ep. 350, fol. 111 v°-112 r°. — Cf. Farlati, *Illyricum sacrum*, t. VII, p. 67].

Gratis pro Deo.

Venerabili fratri Guillelmo, olim episcopo Soltaniensi, in archiepiscopum Antibarensem electo, salutem. In dispositione ministrorum ecclesie Dei nobis credite, potissimum considerare nos expedit tempus, causam, locum et personam secundum que pro emergentibus negotiis interdum nova sunt consilia capienda, et prout temporis necessitas vel cause sive loci deposcit utilitas, nunc per provisionem salubrem, nunc vero per translationem providam, a Sede apostolica locorum sollicitudines sunt imponende personis et locis personarum ministeria deputanda, ut ex personarum ipsarum industria locorum crescat utilitas et ex oportunitate locorum succedat fructificatio personarum. Nuper siquidem venerabili fratre nostro Andrea episcopo, tunc archiepiscopo Antibarense, regimini Antibarensis ecclesie dumtaxat certis ex causis in nostris manibus sponte cedente, Nos, cessionem hujusmodi admittentes, et ad provisionem ipsius Antibarensis ecclesie utilem et salubrem, ne prolixè vacationis exponeretur incomodis, sollicite intendentes, cum nullus preter nos hac vice de provisione ipsius Antibarensis ecclesie se intromittere possit, pro eo quod, diu ante cessionem hujusmodi, provisiones omnium ecclesiarum tam cathedralium quam etiam aliarum tunc apud dictam sedem quomodo-

cumque vacancium et vacaturarum in posterum apud eam dispositioni nostre duximus reservandas, decernendo extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, et cupientes tam dicte ecclesie Antibarensi quam gregi Dominico ejusdem salubriter et utiliter providere, post deliberationem quam super hoc habuimus cum nostris fratribus diligentem, in te tunc episcopum Soltaniensem, consideratis donis virtutum tibi desuper concessarum, intuitum direximus nostre mentis; quibus debita meditatione pensatis, te a vinculo quo Soltaniensi ecclesie, cui preeras, tenebaris, de fratrum eorundem consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad dictam Antibarensem ecclesiam transferimus, teque ipsi in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem illius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, liberamque tibi licenciam tribuendo ad ipsam Antibarensem ecclesiam transeundi, firma concepta fiducia quod, dirigente Domino actus tuos, prefata Antibarensis ecclesia per tuum ministerium studiosum multiplicia honoris et comodi suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ad predictam Antibarensem ecclesiam cum gracia nostre benedictionis accedens, et gerens sollicite curam ejus, gregem dominicum, in illa tibi commissum, doctrina verbi et operis studeas informare; ita quod eadem Antibarensis ecclesia per tue cooperationis ministerium volivis jugiter perficiat comodis, et successibus prosperis augeatur, tuque proinde divinam, Apostolice sedis et nostram benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avinione, VII kalendas Novembris, anno nono.

In e. m. dilectis filiis capitulo ecclesie Antibarensis, salutem. In dispositione ministrorum ecclesie, etc. *usque* suscipiet incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Ita quod mutuo inter vos et ipsum spirituale possit habundare gaudium et prosperitatis optate consurgere incrementum. Alioquin sententiam quam ipse rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra.

In e. m. dilectis filiis clero civitatis et diocesis Antibarensis, salutem. In dispositione ministrorum ecclesie, etc. *usque* susci-

piet incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Electo tanquam patri, etc., *ut in secunda* [Reg. Vat. : *superiori*] *proxima, usque in finem.* — Datum ut supra.

In e. m. dilectis filiis populo civitatis et diocesis Antibarensis, salutem. In dispositione ministrorum, etc. *usque* incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus eundem Electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum suscipientes devote ac debita honorificentia prosequentes, ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos subsequenter in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. — Datum ut supra.

In e. m. dilectis filiis universis vassallis ecclesie Antibarensis, salutem. In dispositione, etc. *usque* incrementa. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Electum pro Apostolice sedis et nostra reverentia debito prosequentes honore, ipsius mandatis et monitis efficaciter intendentes et fidelitatem solitam necnon consueta servicia et jura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem Electus spiritualiter et temporaliter rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra.

In e. m. venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Antibarensis, salutem. In dispositione ministrorum ecclesie, etc. *usque* suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Electo tanquam membra capiti obsequentes, exhibeatis ei obedientiam debitam et devotam. Ita quod mutuo inter vos et ipsum gratia gratos sorciatur effectus, et nos devotionem vestram possimus merito commendare. Alioquin sententiam quam ipse rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra.

XVIII

[Avignon], 17 décembre 1324.

Obligation contractée par Guillaume, archevêque d'Antivari, de payer au collège des cardinaux, avant la Toussaint 1325, la

somme de 80 florins d'or pour son service et les cinq services de sa maison.

[Arch. Vat., Obligationes, t. VI, fol. 45 v^o, et t. X, fol. 5. — Cf. Farlati, *Illyr. sacr.*, t. VII, p. 67.]

Eisdem anno [MCCC° XXIV°], indictione, loco et testibus, die .xvij. mensis decembris, dominus frater Guillelmus, archiepiscopus Antibarensis, promisit pro suo comuni servicio LXXX flor. auri et quinque servicia familie persolvere hinc ad festum omnium sanctorum proxime venturum, alioquin infra quinque menses, et juravit etc., in forma.

A droite : Servicium archiepiscopi Antibarensis in Slavonia.

A gauche : XX. card.

XIX

[Avignon], 31 octobre 1325.

Quittance d'une somme de 40 florins, payée au collège des vingt cardinaux par Gilles « de Lerone », dominicain, au nom de Guillaume, archevêque d'Antivari, pour le service de ce prélat.

[Arch. Vat., Obligationes, t. III, fol. 157 v^o.¹]

A. D. MCCC° XXV°. Item eadem die [ultima mensis octobris] dominus Guillelmus, archiepiscopus Antibarensis, solvit pro suo communi servicio collegio .XX. dominorum cardinalium contingentem XL flor. aur. per manus religiosi viri fratris Egidii de Lerone, ordinis Predicatorum, cujus obligacio facta fuit anno Domini millesimo CCC° XXIII^o, die xvij mensis Decembris. Que pecunie summa extitit distributa die iij mensis Novembris inter .XX. dominos cardinales in Trecoren.², detractis dominis Piliforti³ et R. de Porta⁴.

En marge, à gauche : Solucio servicii domini Guillelmi archiepiscopi Antibarensis.

A droite : XX. cardinales.

1. Le collège des cardinaux recevait la moitié du service, et la Chambre apostolique l'autre moitié. Il y a dans le t. VIII, f. 45 r^o, une quittance, de même date, délivrée par la dite Chambre pour les 40 florins qui lui revenaient.

2. C'est-à-dire, apparemment, les cardinaux désignés dans une quittance précédente, délivrée à l'évêque de Tréguier (cf. même vol., fol. 148 r^o).

3. Pilfort de Rabasteins, successivement évêque de Pamiers, de Léon et de Rieux, cardinal-prêtre de Sainte-Anastasie, † vers 1330.

4. Raynald de la Porte, évêque de Limoges, puis archevêque de Bourges, cardinal-évêque d'Ostie, † 1325 ou 1326.

XX

Avignon, 18 janvier 1325.

Jean XXII informe Guillaume, archevêque d'Antivari, ci-devant archevêque de Sultanieh, qu'il lui a fait assigner le pallium par Napoléon [Orsini], cardinal-diacre de Saint-Adrien, Jacques [Cajetan-Stefanesci], cardinal-diacre de Saint-Georges au Voile d'or, Raymond [de Farges], cardinal-diacre de Sainte-Marie-Nouvelle, et Jean [Cajetan-Orsini], cardinal-diacre de Saint-Théodore, sous la condition qu'il s'en revêtira dans l'intérieur de son église seulement, et exclusivement aux jours spécifiés par les privilèges de la dite église d'Antivari.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XXII (olim XXI), Joan. XXII, an. IX, parte I, ep. 651, fol. 262^{ro}; Reg. Vat., t. LXXVIII (Joan. XXII, com., an. IX, parte I), ep. 651, fol. 220^{ro}. — Cf. Farlati, *Illyricum sacrum*, t. VII, p. 67.]

Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Antibarensi, salutem¹. Nuper te a vinculo quo tenebaris Soltaniensis ecclesie, cui tunc preeras, absolventes et ad Antibarensem ecclesiam tunc vacantem de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine transferentes, te ipsi Antibarensi ecclesie in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius Antibarensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus committendo liberamque tibi dando licentiam ad predictam Antibarensem ecclesiam transeundi, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem tu postmodum palleum, insigne videlicet pontificalis officii, a nobis cum ea qua decuit instantia postulasses, Nos, tuis supplicationibus annuentes, ipsum de corpore beati Petri sumptum per dilectos filios nostros Neapoleonem Sancti Adriani, Jacobum Sancti Georgii ad velum aureum², Raymundum Sancte Marie Nove et Johannem Sancti Theodori diaconos cardinales tibi fecimus assignari. Tu autem illo intra ecclesiam tuam illis diebus dumtaxat ularis qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius intus serves in mente, fraternitatem tuam monemus

1. « salutem » manque dans le *Reg. Vat.*

2. Jacques Cajetan « de Stephanesci », promu le 17 décembre 1295, † le 23 juin 1341. Sur les trois autres cardinaux ici nommés, voy. plus haut, n° VIII.

et hortamur attentius, quatinus humilitatem et justitiam, dante Domino, qui dat munera et largitur premia, observare studeas, que suum servant et promovent servatorem, et Antibarensem ecclesiam, sponsam tuam, cures sollicite, auctore Domino, in spiritualibus et temporalibus augmentare.

Datum Avinione, XV kalendas Februarii, anno nono.

XXI

Avignon, 9 août 1329.

Jean XXII nomme Jean de Core, de l'ordre des frères Prêcheurs, à l'archevêché de Sultanieh devenu vacant par le transfert de Guillaume à l'archevêché d'Antivari.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. XXXIV (olim XXXIII), Joan. XXII, an. XIII, parte III, ep. 3167, fol. 271-271^{vo}; Reg. Vat., t. XCII (Joan. XXII, com., an. XIII, parte IV), ep. 3167, fol. 131^{vo}-132^{ro}.]

Gratis pro Deo.

Dilecto filio Johanni de Core¹, electo Soltaniensi, salutem. Ad universalis ecclesie regimen exercendum divina dispositione vocati, circa cujuslibet statum ecclesie aciem sollicite considerationis extendimus, partes pastoralis officii vigilantius adhibentes, ut earum singule presertim pastorum regimine destitute sic pastoribus gubernentur ydoneis, et rectoribus providis committantur, quod ecclesie ipse illorum circumspectione provida et prudentia circumspecta, ejus cooperante clemencia qui pastorum pastor et rector agnoscitur, spiritualium et temporalium proficiant incrementis. Dudum siquidem ecclesia Soltaniensi, in partibus Persidis et sub imperatoris Persidis imperio constituta, vacante, pro eo quod nos venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Antibarensem, tunc Soltaniensem archiepiscopum, in illis partibus existentem, a vinculo quo ipsi Soltaniensi ecclesie cui preerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad Antibarensem ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum illi in archiepiscopum et pastorem, Nos precavere volentes ne dicta

1. Sur Jean de Core, voy. d'Avezac, dans *Rec. de voyages et mémoires publ. par la Soc. royale de géogr.*, t. IV, pp. 24-25; Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 481; Id., article cité, p. 183.

Soltaniensis ecclesia prolixè vacationis exponeretur incomodis, cum nullus præter nos de provisione ipsius se hac vice intrinsece possit, pro eo quod nos, diu ante vacationem ipsius Soltaniensis ecclesie, provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc vacantium et in antea vacaturarum per translationes per nos factas et in posterum faciendas de prelatibus ipsarum ubilibet constitutis ad ecclesias alias tunc vacantes et in futurum etiam vacaturas dispositioni et ordinationi nostre duximus reservandas, decernendo extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, post deliberationem quam de præficiendo eidem ecclesie Soltaniensi personam utilem et etiam fructuosam habuimus cum eisdem fratribus diligentem, demum ad te, ordinis fratrum Predicatorum professorem, in sacerdotio constitutum, de religionis zelo, vite mundicia, honestate morum aliisque virtutum meritis nobis et eisdem fratribus ex fidedignorum testimonio multipliciter commendatum, tunc et nunc evangelizantem in illis partibus verbum Dei, direximus oculos nostre mentis; quibus omnibus debita meditatione pensatis, intendentes tam dicte Soltaniensi ecclesie quam dominico gregi ejus utiliter et salubriter providere, de persona tua ipsi Soltaniensi ecclesie de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica providemus, teque illi in archiepiscopum præficimus et pastorem, curam et administrationem ejusdem Soltaniensis ecclesie et sollicitudinem animarum omnium existentium in eadem tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma concepta fiducia quod, dirigente Domino actus tuos, præfata ecclesia Soltaniensis per tue circumspectionis industriam prospere dirigetur, sibi que divina favente clemencia salubria provenient incrementa. Jugum igitur Domini, tuis impositum humeris, prompta devotione suscipiens reverenter, et suavi ejus oneri humiliter colla flectens, ipsius Soltaniensis ecclesie commissum tibi regimen sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, quod eadem ecclesia Soltaniensis sponso utili ac gubernatori provido fructuosoque administratori gaudeat se commissam, ac fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus lacius diffundatur, tuque præter retributionis eterne premium nostre ac Sedis apostolice benedictionis et gratie exinde merearis uberius continuum percipere incrementum.

Datum Avinione, V idus Augusti, anno tertio decimo.

In e. m. dilectis filiis clero civitatis et diocesis Soltaniensis, salutem. Ad universalis ecclesie, etc. *usque* provenient incrementa.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes et exhibentes sibi obedienciam et reverenciam debitam et devotam ejus salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis, ita quod mutuo inter vos et ipsum spirituale possit habundare gaudium et prosperitatis obtate [*Reg. Vat.* : « optate »] consurgere incrementum. Alioquin sententiam quam ipse rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra.

In e. m. dilectis filiis populo civitatis et diocesis Soltaniensis, salutem. Ad universalis ecclesie, etc. *usque* provenient incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus eundem Johannem, electum Soltaniensem, tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum suscipientes devote ac debita honorificentia prosequentes, ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis; ita quod ipse in vobis devotionis filios et vos subsequenter in eo patrem invenisse benivolum gaudeatis. — Datum ut supra.

XXII

S. l., novembre 1334.

Guillaume, archevêque d'Antivari, informe Jean XXII qu'il a reçu, le 4 novembre 1334, les quatre lettres concernant l'organisation du passage général à lui envoyées par le pontife, et qu'il s'occupera de faire exécuter les instructions qui y sont contenues.

[Arch. Vat. Instrumenta miscell., 1334. Original, sur parchemin. — Le sceau a disparu.]

Sanctissimo ac beatissimo patri et domino domino Johanni, sacrosancte Romane ac universalis ecclesie pape dignissimo, frater G., Antibarensis archiepiscopus, pedum oscula beatorum.

Recepi quatuor litteras sanctitatis vestre ordinationem generalis passagii continentes, quas executioni mandabo, cum prompta obedientia et devota. Recepi autem prefatas litteras per manum Viviani de Solungello, currerii vestri, iij^o non. Novembris, felicitis pontificatus vestri anno XIX, Incarnationis Domini anno M. CCC.

XXX IIII. In cujus rei testimonium sigillo meo hanc cedulam comunivi.

XXIII

Avignon, 25 janvier 1337.

Benoît XII, ayant appris par Jean Zaulini, chanoine de l'église d'Antivari, que de graves désordres pourraient surgir dans cette église par suite de la non résidence de l'archevêque Guillaume, charge Marquesius de Mostuéjous, chanoine de Narbonne, de mettre le dit archevêque en demeure de reprendre dans le délai d'un mois le chemin de son diocèse, sous peine de se voir privé de sa dignité archiepiscopale, en cas de désobéissance à cet ordre.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. LI (Bened. XII, an. III, parte unica t. IV), ep. 3, fol. 18 v°; Reg. Vat., t. CXXIV (Bened. XII, comm. et de curia, an. III, parte II), ep. 3, fol. 12-12 v°. — Cf. Farlati, *Illyricum sacrum*, t. VII, p. 70.]

XII. ¹.

Dilecto filio Marchesio de Mostuegulis, canonico Narbonensi ², salutem. Significavit nobis dilectus filius Johannes, quondam Dominici Zaulini, canonicus ecclesie Antibarensis ³, quod prefata ecclesia, tum propter malam administrationem Andree, olim archiepiscopi Antibarensis, qui propter sua demerita a regimine ejusdem ecclesie per Sedem apostolicam fuit amotus, tum quia venerabilis frater noster Guillelmus, archiepiscopus Antibarensis, proximus ejusdem Andree successor, in eadem ecclesia residere non curat, triginta annis et amplius quodammodo fuit utilis pastoris solatio destituta, et quod, licet eidem Guillelmo archiepiscopo fuisset a nobis injunctum ut de Romana curia recederet et ad ecclesiam suam rediret, ipse tamen, quamvis de dicta curia recesserit, ad dictam tamen ecclesiam non rediit, sed ad civitatem Narbonensem se dicitur contulisse, ob cujus diuturnam absentiam dicta ecclesia in spiritualibus et temporalibus gravia pertulisse et perferre dicitur detrimenta, et, quod gravius fore dinoscitur, licet idem Guillelmus privilegia ejusdem ecclesie, sub pretextu faciendi dicta privilegia per Sedem

1. Ms. : $\bar{X}$ (qui doit se lire XII) : montant de la taxe.

2. Sur Marquesius de Mostuéjous, voy. ma note dans *Rec. d. hist. d. crois. Doc. arméniens*, t. II, Préface.

3. Sur ce personnage, voy. *ibid.*

apostolicam confirmari seu etiam innovari, jam sunt octo anni, ad manus suas receperit, et secum quo voluit asportavit, illa tamen nec innovari, nec eidem ecclesie restituere procuravit; propter quod inter dilectos filios capitulum, clerum et populum civitatis Antibarensis ex timore ammissionis dictorum privilegiorum grave timetur posse scandalum exoriri. Quare prefatus canonicus, ad nos super hoc devote recurrens, nobis humiliter supplicavit, ut eidem ecclesie, tam super recuperatione dictorum privilegiorum, quam etiam super dicti archiepiscopi reditu ejusque residentia in dicta ecclesia facienda, de oportuno remedio providere misericorditer dignaremur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus per te vel per alium seu alios eidem Guillelmo archiepiscopo, sub pena privationis honoris sui ¹, ex parte nostra districte precipias et injungas, ut infra mensem post mandatum hujusmodi iter arripere et ad dictam Antibarensem ecclesiam continuatis dietis redire et ad eam personaliter se conferre et inibi residere procuret, secum predicta privilegia delaturus illaque restiturus ecclesie prelibate. Ceterum volumus quod per litteras tuas nobis rescribas quicquid super hiis duxeris faciendum, ut eidem ecclesie super premissis, si expedierit, de alio possimus remedio providere.

Datum Avinione, VIII kalendas Februarii, anno tertio.

XXIV

Avignon, 17 décembre 1341.

Benoît XII confirme l'élection de Jean Zaulini à l'archevêché d'Antivari, vacant depuis longtemps par suite de la mort de l'archevêque Guillaume, dont le décès est survenu hors de la curie romaine.

[Arch. Vat. Reg. Vat., t. CXXIX (Bened. XII, comm. et de curia, an. VII), ep. 514, fol. 319 v°-320] ².

Dilecto filio Johanni Zaulini, electo Antibarensi, salutem. Re-

1. *Reg. Vat.* : « seu ».

2. Cette lettre manque dans le Reg. d'Avignon (Bened. XII, an. VII et VIII, parte unica tomi VIII et ult.); elle y est seulement indiquée dans les rubriques initiales : « Rubrice litterarum communium registri anni septimi, ep. 536 : Johannes, electus Antibarensis, prefecit in archiepiscopum Antibarensem. Gratis pro Deo. »

gimini universalis ecclesie, quamvis insufficientibus meritis, disponente Domino presidentes, de universis orbis ecclesiis pro earum statu salubriter dirigendo, quantum nobis ex alto permittitur sollicite cogitamus; sed earum propensior sollicitudo nos urget, quas, propriis carentes pastoribus, vacationis incommodis conspiciamus subjacere, ut illis per cooperationis nostre ministerium viri preficiantur ydonei in pastores, qui eis sciant et possint preesse utiliter et prodesse. Dudum siquidem ecclesia Antibarensis per obitum bone memorie Guillelmi, archiepiscopi Antibarensis, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, pastoris solacio destituta, dilecti filii Petrus, archidiaconus Majoris, et ejusdem ac ceterarum ecclesiarum collegiatarum Antibarensium capitula, que quidem capitula earumdem ecclesiarum collegiatarum una cum dictis archidiacono et capitulo ipsius ecclesie Majoris electioni archiepiscopi Antibarensis, cum pro tempore imminet facienda, se debere asserunt, de antiqua et approbata et hactenus pacifice observata consuetudine, interesse, et voces in electione ipsa habere, vocatis omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, convenientes in unum et quoad hoc unum capitulum facientes, ac deliberantes in hujusmodi electionis negotio per formam procedere compromissi, tribus de dicto capitulo Majoris fide dignis, videlicet dicto Petro archidiacono, Dominico Basillii, ipsius Majoris, et Sergio Marthe, S. Petri Antibarensium ecclesiarum canonicis, ut sua seorsum primo, et deinde singulorum de dictis Majoris et collegiatarum ecclesiarum capitulis, secreto et sigillatim vota diligentius scrutarentur, et illa in scriptis redacta publicarent ilico in comuni, et facta collatione numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum, dictus Petrus archidiaconus suo et collegarum suorum ac omnium Majoris et collegiatarum ecclesiarum predictarum capitulorum nomine, illum in archiepiscopum Antibarensem eligeret, in quem omnes vel major et sanior pars de dictis capitulis Majoris et collegiatarum predictarum dirigerent vota sua, potestatem unanimiter contulerunt, promittentes illum in eorum et Antibarensem archiepiscopum recipere et tenere quem idem archidiaconus juxta formam hujusmodi duceret eligendum. Dictique compromissarii hujusmodi potestate recepta secedentes in parte, suis primo seorsum et deinde singulorum de dictis capitulis Majoris et collegiatarum ecclesiarum predictarum votis diligentius perscrutatis, et eis in scriptis redactis, mox in comuni vota hujusmodi publicarunt, et collatione zeli et meriti super hiis habita inter eos, compertum extitit in te

canonicum Aquilegensem, in diaconatus ordine et etate legitima constitutum, omnes et singulos de dictis capitulis Majoris et collegiatarum ecclesiarum predictarum vota sua concorditer direxisse. Ac subsequenter prefatus archidiaconus vice sua et collegarum suorum ac de ipsorum et predictarum Majoris et collegiatarum ecclesiarum capitulorum mandato et nomine te in archiepiscopum Antibarensem elegit, et electionem eandem a dictis capitulis Majoris et collegiatarum ecclesiarum predictarum concorditer acceptam, clero et populo solemniter publicavit. Tuque, post consensum electioni predictæ, ad instantiam dictorum capitulorum Majoris et collegiatarum ecclesiarum predictarum, a te legitime prestitum, ad Sedem apostolicam personaliter accessisti et tam tu per te ipsum, quam dicta capitula Majoris et collegiatarum ecclesiarum predictarum, per eorum certos procuratores et nuncios ydoneos ab eis ad Sedem eandem propterea destinatos, confirmari per nos electionem prefatam, ipsius nobis presentato decreto, humiliter postulastis, in hiis omnibus statutis a jure temporibus observatis. Nos igitur electionem prefatam tueque persone merita per venerabilem fratrem Petrum, episcopum Prenestrinum ¹, et dilectos filios nostros Imbertum, basilice .XII. apostolorum presbiterum ², et Raymundum Sancte Marie Nove diaconum cardinales examinari fecimus diligenter, et facta nobis ab eisdem episcopo et cardinalibus super hiis relatione plenaria et fidei, quia electionem eandem invenimus de te persona ydonea, cui de litterarum scientia, honestate morum et vite aliisque virtutum meritis fidedigna testimonia suffragantur, canonice celebratam, eam de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus, teque ipsi Antibarensi ecclesie preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem illius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis quod prefata Antibarensis ecclesia per tue diligentie studium tuamque industriam circumspectam, gratia tibi suffragante divina, honoris et commodi suscipiet incrementa. Jugum enim Domini tuis impositum humeris devote suscipiens et suavi ejus oneri humiliter colla submittens, ipsius Antibarensis ecclesie sollicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, ita quod dicta Antibarensis ecclesia gubernatori circumspecto et administratori

1. Pierre des Prés (Petrus de Prato), archevêque d'Aix (1318-1320), promu cardinal prêtre de Sainte-Pudentienne, le 20 décembre 1320, puis cardinal évêque de Palestrina, le 25 mai 1323, † le 30 septembre 1361.

2. Hubert Dupuis, promu le 18 décembre 1322, † le 26 mai 1348.

fructuoso gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostre benedictionis gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avinione, XVI kalendas Januarii, anno septimo.

In e. m. dilectis filiis... capitulo ecclesie Antibarensis, salutem. Regimini universalis ecclesie, etc. *usque* suscipiet incrementa. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipialis devote, et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem Electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. — Datum ut supra.

In e. m. dilectis filiis clero civitatis et diocesis Antibarensis, salutem. Regimini, etc. *usque* suscipiet incrementa. Quocirca discretioni vestre, etc. *ut in proxima superiori usque ad finem.* — Datum ut supra.

In e. m. venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Antibarensis, salutem. Regimini, etc. *usque* suscipiet incrementa. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem Electo tanquam membra capiti obsequentes, exhibeatis eidem obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ita quod mutuo inter vos et ipsum gratia gratos sorciatur effectus, et nos devocionem vestram possimus propter hoc in Domino merito commendare. — Datum ut supra.

XXV

Avignon, 31 juillet 1346.

Clément VI confirme Pierre, abbé de Saint-Nicolas de Drino, au diocèse de Dulcigno, dans sa charge abbatiale, à laquelle Guillaume, archevêque d'Antivari, l'avait appelé hors des délais canoniques et par conséquent de façon irrégulière.

[Arch. Vat. Reg. Aven., t. LXXXIX (Clem. VI, an. V, parte V, t. XXXV), cp. 23, fol. 39 r°; Reg. Vat., t. CLXXVII (Clem. VI, com., an. V, lib. III), cp. 23, fol. 52 v°-53 r°. — Cf. Farlati, *Illyricum sacrum*, t. VII, p. 70.]

Gratis pro Deo.

Dilecto filio Petro, abbati monasterii Sancti Nicolai de Drino

[Reg. Vat. « Vrino »], ordinis Sancti Benedicti, Dulcinensis diocesis, salutem. Ad salubrem et prosperum statum ecclesiarum et monasteriorum omnium, ex debito apostolatus officii nobis, quamquam immeritis, superna dispositione commissi, ferventibus desideriis aspirantes, eum, quantum cum Deo possumus, promovemus, ac attente diligentie studium libenter impendimus, ut ad ipsorum regimina, cum ea vacare contingit, persone assumantur ydonee, per quarum industriam et diligentiam circumspectam ecclesie et monasteria ipsa regantur utiliter et salubriter gubernentur. Dudum siquidem, monasterio Sancti Nicolai de Drino, ordinis Sancti Benedicti, Dulcinensis diocesis, in quo conventus minime existeret, per obitum quondam Petri abbatis dicti monasterii vacante, venerabilis frater noster Gratia ¹, Polensis, tunc Dulcinensis episcopus, loci ordinarius, licet monasterium ipsum per ipsius et bone memorie Guillelmi, archiepiscopi Atrebatensis ², loci metropolitani, negligentiam tanto tempore vacavisset, quod ipsius erat dispositio, secundum Lateranensis statuta concilii, ad Sedem apostolicam legitime devoluta, eidem Guillelmo archiepiscopo, hujusmodi devolutionis forsitan inscius, de facto commisit, ut eidem monasterio de persona ydonea provideret, idemque archiepiscopus preterea commissionis hujusmodi, dictam devolutionem etiam forsitan ignorans, dicto monasterio de te, monacho tunc monasterii Sancte Marie de Rutheza, dicti ordinis, Antibarensis diocesis, ordinem ipsum expresse professo et in sacerdotio constituto, dicte devolutionis similiter forsitan ignaro, de facto providit, tibi que, alias tamen rite, munus benedictionis impendit, ac tu administrationem dicti monasterii in spiritualibus et temporalibus tanquam abbas gessisti, alias tamen fideliter et solerter. Subsequenter vero, devolutione predicta ad tuam deducta notitiam, nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi et statui tuo in hac parte de benignitate apostolica dignareremur. Nos itaque, provisionem predictam, utpote de facto ac post et contra devolutionem hujusmodi attemptatam, reputantes, prout erat, irritam et inanem, et attendentes quod de provisione ejusdem monasterii Sancti Nicolai nullus preter nos hac vice se intromittere potuit neque potest, devolutione obsistente predicta, et ad provisionem ipsius monasterii Sancti Nicolai celerem et felicem, ne longe vacationis exponeretur ³ incomodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam super

1. Gratia de Aquila, évêque de Dulcigno, 1334-1342; évêque de Pola, 1312-1346.

2. Sic, dans les deux Registres, pour « Antibarensis ».

3. Reg. Aven.: « et poneretur »; Reg. Vat.: « deponeretur ».

hoc cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te, cui de religionis zelo, vite munditia, honestate morum et aliis virtutum meritis fidedigna testimonia suffragantur, direximus oculos mentis nostre. Quibus omnibus debita consideratione pensatis, de persona tua eidem monasterio Sancti Nicolai, de dictorum fratrum consilio, auctoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in abbatem, curam et administrationem ipsius monasterii Sancti Nicolai tibi, tam in spiritualibus quam in temporalibus, plenarie committendo, ac munus benedictionis hujusmodi tibi, ut prefertur, impensum, et alia, que circa administrationem predictam, alias rite, per te gesta sunt, ratificamus expresse, firma spe fiduciaque conceptis, quod, dirigente Domino actus tuos, prefatum monasterium Sancti Nicolai, per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum, regetur utiliter et prospere dirigetur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, onus regiminis dicti monasterii Sancti Nicolai impositum tibi suscipiens reverenter, sic te in eo salubriter exercendo exhibeas studiosum, quod, preter eterne retributionis premium, nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis.

Datum Avinione, II kalendas Augusti, anno quinto.

CARL NEUMANN

LA SITUATION MONDIALE DE L'EMPIRE BYZANTIN

AVANT LES CROISADES

TRADUCTION FRANÇAISE PAR RENAULD ET KOZLOWSKI

AVEC UNE NOTICE PRÉLIMINAIRE

DE

CHARLES DIEHL

NOTICE PRÉLIMINAIRE

Parmi les ouvrages relatifs à l'histoire de Byzance qu'ont vus paraître ces dix dernières années, il en est peu qui méritent plus d'attirer l'attention que le livre de M. Carl Neumann ¹, aujourd'hui professeur à l'Université de Kiel, dont nous présentons ici la traduction au public français. Ce n'est point que dans ce mémoire, d'étendue assez courte, l'auteur ait eu la prétention d'apporter, sur la période d'environ deux siècles qu'il étudiait, des documents inédits et des informations fort nouvelles. Son dessein a été autre et son ambition plus haute. Il lui a semblé que, pour comprendre l'histoire de Byzance, il

1. *Die Weltstellung des byzantinischen Reiches vor den Kreuzzügen*, Leipzig, Duncker et Humblot, 1891, in-8°, x-121 pp.